

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reipol.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio Trigesima

De

EDUCATIONE ET

Vita Christi à quinto ætatis anno
usque ad trigesimum.

Quam

Annunte Θεωρεῖται

SUB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. P.

In privato Collegio ad disputandum
proponit

M. CHRISTOPHORUS KIR-
CHERUS Augustanus,

Habebitur ad diem 17. Octob. horis
pomeridianis

In Auditorio minori.

WITTEBERGÆ

JOHANNES Gormann excudebat,

Anno cl. Is. CXXIV.

Qui annales S. Evangelistarum, penitus
 introspicit, altiusq; rimatur, prout a
 quatuor Spiritus sancti Amanuensibus &
 Secretariis, Matthæo, Marco, Luca
 & Johanne sunt conscripti, is omnino depre-
 hendet de nullo alio, quam de Iesu Christo DEI &
 hominis Filio, summo Propheta, Sacerdote & Re-
 ge in carne exhibito, ejus dictis, factis, passione &
 morte &c. agere. Quæ res, quia piorum animis
 consideratu non modo jucunda, sed & cognitu ap-
 prime utilis & necessaria, ideo ex DEI jussu fa-
 ctum esse arbitramur. Testis est Hipponensis Epi-
 scopus D. Augustinus: Quicquid ille de suis di-
 ctis & factis Ecclesiam ad omnem posteritatem le-
 gere voluit, hoc scribendam quatuor Evangelistis,
 tanquam suis manibus, capite membri dictante,
 imperavit. De quatuor autem potissimum vel de
 persona Christi, vel doctrinâ, vel de variis & mul-
 tificibus miraculis, vel de toto à nativitate tem-
 pore usq; ad ascensionem in cælum, vitæ cursu,
 agunt. De persona Christi sufficienter in superio-
 ribus disputationibus actum: jam in vita ejus ver-
 samur, ubi in historia Evangelica aliâ præter na-
 tivitatem per pauca inveniuntur, quæ data opera
 Evangelistæ alio silentio prætereunt, ne in illis
 scrupulose investigandis occupemur, sed principa-
 lissima toto pectore amplectamur, inq; iis perpen-
 dendis omne studium collocemus. Per vernimus au-
 tem ad educationem & vitam Christi ab anno
 etatis

Lib. 1. de
 consen.
 Evang. c.
 ult.

etatis quinto usq; ad trigesimum, de quibus hac vi-
 ce quid dicere constituimus. Ut autem certo fere-
 mur cursu, ad tria capita hanc *περαγουμενα*
 revocare fert animus: quorum 1. Est Educatio
 2. Res gestæ tum in genere tum in specie. 3.
 Meditatio practica, Christus Iesus huic quoq;
 labori in Nominis sui gloriam suscepto, bene fa-
 veat & adspiret ex alto.

THESIS I.

Duo in omni vera & pia liberorum institutio-
 ne requiruntur. 1. Ad Deum adductio. 2. Ad
 honestatem informatio & educatio. *Utrum*
que reperitur in parentibus Christi.

CAP. I.
 DE EDU-
 CATIO-
 NE.

II. 1. Ad templum adductio. Lucas ait c. 2.
 v. 41. Ibant parentes ejus κατ' ἐδ & c. *Ubi*
 1. occurrit mandatum DE I, quo DE US in V. T.

Ex. 23. 15.
 16. 17. c. 34
 v. 23.

postulabat, ut patres familias & masculi ex uni-
 versa Iudæa tria illa festa summa & augustissi-
 ma Hierosolymis solenniter visitent & religiose

Levit. 23.
 Deut. 16,
 16.

observent, nempe 1. Festum Paschatos (Azymorum)
 2. Festum hebdomadam (Primitiarum) & 3. Fe-
 stum tabernaculorum (Scenopegiorum). 2. Ite-
 ratio profectiois, id quod devore quotannis
 faciebant.

III. Etsi verò lex in primis masculos obligabat, quia
 vir, qui caput erat, pro fœmina profiteri videba-
 tur, ait Maldonatus: tamen piis & devotis mu-
 lieribus visitatio festorum non fuit prohibita, modò

id religionis causa instituebatur, cultusq; divinus
pia animi devotione peragebatur.

Barradius
in Harm.
l. 10. c. 15. p.
100.

IV. Maria itaq; etsi non cogebatur lege, & lon-
ge à templo habitabat, tamen cum Josepho
sponso suo quotannis ad festum Paschates Hieroso-
lymam in Civitatem Nazareth (que ut Barra-
dius ait, Leucarum spatio distat) venire so-
lebat.

(a) Ex. 12.
13. 14.
(b) Hebr.
9. & 10.

V. 3. Causa finalis in specie, ut in memoriam
revocarent admirandum educationis ex Ægypto
beneficium, (a) & quod per istud prefiguratum
est, nempe agni illius immaculati pro totius mun-
di peccati in ara crucis oblatio. (b)

9. & 10.

VI. Alias in genere quatuor potissimum de cau-
sis convenerunt: 1. Ut cultum divinum orando.
2. Sacrificando. 3. Verbum audiendo perficerent,
& 4. Publicè pro beneficiis præteritis gratias a-
gerent.

Tom. 2 pag.
39. & c.
De cultu
sanct. l. 3. 8

VII. Hanc profectionem parentum Christi in ex-
emplum suarum peregrinationum, ad varia San-
ctorum loca, Romam, Compostellas, ad Mariam
Lauretanam &c. trahere conantur Pontificii,
quas religionis causa suscipiunt, ut præter alios
videre est apud Bartscium & Bellarminum,
qui & dictis & rationibus fuse persequitur, sal-
tem ut Tridentini Conciliabuli Sess. 25. de-
fendat.

VII. Verùm 1. ἀπαδείτως inde argumenta-
tur: quia in V. T. à DEO mandata, uti th. 2. vi-
dimus

dimus in N. T. sublatae sunt, siquidem contra ex- Ioh. 4. v. 27.
 pressam DEI verbum sunt, neq; exemplum legi- 1. Tim. 2. v.
 tur. 2. Alio & diverso fine quam Maria vel super- 8.
 stitiosè vel suscipiunt, vel ut sua vel aliorum pec- Matt. 15.
 cata expiant. 3. Peregrinationes Pontificiae ἐστὶν- v. 9.
 λοθριονείας sunt. 4. Destituuntur Orthodoxâ Esai. 29. 3.
 antiquitate, ut ex Orat. Greg. Nysseni patet. In Cent.
 Vide si libet Examen Chemnitii. Magd. 4.
 IX. Eiusdem quoq; farinae est, quod urgent: c. 10. col.
 Opera ex propria zeli iuventione facta, Deo 936.
 grata esse. Docet id ipsum Costerus (a) Bart- Part. 4. p.
 scius (b) & alij. 670.
 X. Ast nihil inde elicere valent. 1. Quia à li- (a) Conc.
 bera actione Mariæ ad cultus Papisticos merito- p 228. part.
 rios argumentari non licet. 2. Nequaquam 2.
 quævis opera, quovis intento, & animi impulsu (b) Tom 2.
 facta & specimen boni habentia, verè sunt bona p. 105.
 opera, sed illa tantùm, quæ sunt mandata à Deo. (c) Matth.
 (c) Et Paulus huiusmodi ἐστὶν λοθριονείας (d) 15. v. 9.
 damnat. 3. Verbum DEI solùm est norma bo- (d) Col. 2.
 norum operum. (e) 4. Exempla sanctorum non v. 25.
 faciunt regulam generalem. 5. Maria ascendit Nam. 15.
 vel ob amorem conjugalem erga Josephum, vel 35.
 ob specialem gratitudinem, vel ob Filij cognitio- (e) Deut.
 nem, vel ob alium arcanum Spiritus Sanctis in- 13. v. 22.
 stinctum. Hæc in Pontificia sententia non sunt; Ephes. 2, 10.
 Prorsus ergo aliena sunt.

XI. Verùm nondum satis est depravationum: stiam
 hoc inde concludere volunt; Festa Christiano-
 rum strictâ observatione celebranda: quod

Stapeto-¹ concedimus, si de veris in Ecclesia Orthodoxa sermo est.
nus in

Prompt. XII. Non tamen ideo facimus vel cum multitu-

Cathol dine feriarum in Papatu divorum cultui destina-

Bartolom. tarum (Bellarminus): vel cum Calvinianis,

2. pag. 102. qui S. Apostolorum festivitates eliminarunt; neq;

Lib. 3. de cum rigorosis, ut Danæus & alij, quorum omo

cultu Sact. In Qoi Petrobusiani veteres haretici, omnia

c. 26. festa tollentes, ut ex Vita Bernhardi liquet,

Lib. 2. Eth. multo minus cum Mennonistis, neq; cum Puri-

Christ. fol. tanis. quorum illi omnem ordinem ab antiquissi-

179. mis temporibus observatum turbasse; hi vero solas

lib. 3. c. 5. Dominicas retinuisse perhibentur.

XIII. II. Ad honestatem informatio & edu-

catio tam in victu quam in labore D. Lucas

v. 40. unico tantum & quidem vulgari verbo de-

scribit inquiring τὸ παιδίον ἠνέχεαι. Quod pro-

be notandum, siquidem Evangelistarum mos est,

communiam cum ceteris hominibus, vel paucis de-

scribere, vel silentio præterire: exordinaia vero

diligenter annotare.

In Harm. XIV. Sumitur verbum hoc de nutritione & aug-

Evang. l. 1. mentatione corporis in pueris, annotante Chem-

c. 15. nitio. Quia ergo D. Lucas communi utitur ver-

Gen. 21. v. 8. bo, sequitur, quod educatus fuerit sicut alius qui

Iud. 13. 24. spiam infans, ut & in educatione quemadmo-

4. Reg. 4. dum in reliqua vita esset similis, juxta Divum

v. 18. Paulum.

Phil. 2, 7. XV. Duo autem suis liberis debent parentes. i. Nu-

tritionem. Sic Christus quoq; nutritus fuit &

ubera

ubera matris suxit, ut colligitur ex Luc. 11. 27. & predictum fuit à Propheta Esaia c. 7, 15.

XVI. 2. Institutionem. Duplex in populo DEI erat usitata. Prior generalis, quâ omnes domi informabantur. Posterior specialis, quâ nonnullis præceptoribus in Synagogis (Rabbini numerant ultra 400.) erudiendi tradebantur, qui Prophetarum filij dicti. (a) Posteriori modo hic non fuit institutus, id quod testantur Iudæi.

Ex. 12, 26.

Deut. 4, 10.

6, 7.

(a) 2. Reg.

2. v. 3. 4. 38.

Iob. 5, 15.

XVII. Hi sancti parentes Christum instituunt. 1. In pietate, quâ non egebat, siquidem ἐκρηγῆσαι τὸ πνεῦματι πληρωθῆναι σοφίας prout sese divinitas & sapientia in eo magis & magis exeruit, ita ut ipsum homines admirarentur, sicut nobis sequens historiae jus rei documentum præbet. 2. In humanitate, siquidem domum reversi filiolum suum ad rem familiarem adhibuerunt.

XVIII. Exemplum igitur præbent parentes Christi omnibus, ut liberos suos ex σοφῆν naturali, quam DEUS implantavit animis parentum, pie & verè educant & enutriant.

XIX. Gravissimè ergò peccant ij, qui liberos suos in prima statim infantia Esavitarum educationi & institutioni concedunt, parentes vel laboribus, vel sumptibus privatis. Nam 1. Occasionem præbent idololatriæ teneris mentibus. 2. Præsidium seductionis subministrant. 3. Intercipiunt liberam veritatis confessionem. Unde rectè Augustinus, Disciplinarum usus extra DEUM, maxime infelix est. Quæ omnia tanta sunt, ut quemvis ab-

ult. ubi & apud homines & DEUM crevisse dicitur. 3. Lucas pueritiam describit, quale ergo fuit incrementum, non $\chi\tau\delta\omicron\kappa\eta\sigma\tau\omega$, sed vere & realiter, tale etiam erat sapientia & gratia. 4. Esaias quoque testatur, non semper puerum hunc scivisse reprobare malum. 5. Addo autoritatem Athanasij & B. Lutheri.

lib. 4. contra Arian.
In epist. Nativit.

XXV. Quomodo autem Christus juxta humanam naturam profecerit, cum tamen plenus fuerit sapientia infinita, Col. 2, 9. illico à conceptione? Ad istud dico distinguendum esse inter omniscientiam & ejus usurpationem, seu inter $\kappa\tau\eta\sigma\tau\omega$ & $\chi\tau\eta\sigma\tau\omega$.

2. Inter statum exaltationis & exinanitionis. 3. In humana Christi mentem à momento conceptionis omnes thesauri scientie & sapientie divinae fuerunt absconditi, sed usu ejus sapientie sponte & per $\omicron\mu\omicron\nu\omicron\mu\iota\kappa\omega$ abstinuit in statu humilitatis. 4. Puellas Bethlehemiticus, qui crevit sapientia ut homo, secundum propriam mentis scientiam nihilominus fuit $\pi\lambda\eta\gamma\epsilon\sigma\tau\omega$ & sapientia Filij DEI propria, v. 40. quoad actum primum unionis personalis. Sed satis de educatione.

XXVI. Nunc de rebus gestis aliquid dicendum, quae considerantur vel $\epsilon\iota\delta\iota\kappa\tau\omega\varsigma$ vel $\chi\omega\iota\kappa\tau\omega\varsigma$.

CAP. II.
DE REBUS
GESTIS.

XXVII. $\epsilon\iota\delta\iota\kappa\tau\omega\varsigma$ 1. Singulare fuit, quod cum stupore in medio Doctorum disputavit, v. 46, 47. Dicit solet, Heroicis ingeniis praeditos non posse latere, sed mox à pueritiae annis quaedam agere. Exemplum habemus in Salvatore nostro, qui vix à pueritiae limine progressus divinam naturam & sapientiam testatam fecit.

A 5

28. Et

XXXVIII.. Et statim indicatur 1. Locus, ubinam facta sit disputatio: Evangelistæ dicunt in templo, In Harm. D. Chemnitius observavit circa templum, quia lib. 1. c. 15. alia quoque ædificia templo adjuncta vocabantur templum.

XXXIX. 2. Materiam disputationis hujus Lucas non explicat, nisi quis huc referre velit illud: In his quæ Patris mei sunt, oportet me esse: Vincen- Daniel. 9. tius de septuaginta annis Danielis, & de sceptro Genes. 49. de tribu Iudæ ablato: Alij de Messia officio & adventu: quæ quia incerta sunt, nobis pia B. Chemnitii sententia placet, quam vide.

XXX. Cur a. Christus duodecimo anno sapientiæ sue specimen edere voluerit. Maldonatus hanc rationem dat, quia eo tempore potissimum incipit puerorum ingenium apparere & capessendis literis aptum esse. In cap. 2. Luc.

XXXI. Et specimen illud, quod puer Iesus ibi edidit, fuisse divinum & admodum eximiū Lucas ostendit v. 46, 47. Nam perspicitur inde, quod ex media exinanitione ejus radij prælustres majestatis suæ exsplenduerint. 1. Est sapientia Christi, quâ mirâ animi sagacitate in medio doctorum docuit, & disputandi acrimonia percontatus est de vero usu & sana Prophetarum sententia cum stupore doctorum. 2. Quâ parentibus suam divinitatem patefecit, v. 49.

XXXIII. Exemplo hoc consecrantur disputationum Theologicarum usus, aliæque ejusmodi exercitia, quos Politici quidam e medio tollere conan-

tur, ut Licinius tyrannus, testis Eusebio (a), Bo- Lib. 1 de
 dinus & Durus de Pascolo in *Aulico-Politico. vita Chri-*
 XXXIII. Verum contrarium probamus. 1. Exem- sti c. 44.
 plo Christi, qui non tantum hic, sed etiam alibi, Lib. 4. de
 ut Iob. 9, 2. & c. disputationem habuit. 2. Praxi Rep. c. 7.
 Ecclesia Apostolica. Augustinus testatur in Ec- Aph. 289.
 clesia veteri & praelectiones & disputationes quoque Act. 15, 7.
 de rebus sacris habitas fuisse. 3. Necessitas requi- Epist. 119.
 rit, ut ad pugnam nos preparemus, cum cuilibet adianuar.
 petenti ratio fidei reddenda, juxta D. Petrum. 1. Pet. 3, 15.
 4. Utilitas summa nos ad hoc exercitij genus re-
 vocare debet, siquidem hoc modo ingenia expoli-
 untur, iudicium recte formatur, & haeretici fa-
 cilius refutantur & evitantur.

XXXIV. Alterum genus rerum gestarum Christi
 in adolescentia peculiare & proprium Nazareno.

Est enim Messias verus נָצְרִי surculus seu germen
 de radice Isai exurgens. Ab hoc nomine Nazareth Marc. 10,
 urbs dicta est, & ab illa Christus dictus Na ζ a- 47. 14, 67.
 eai $\text{\textcircled{C}}$, qui alibi Na ζ aglwos, item ὁ ἀπὸ Να- 16, 6.
 ζ αρεθ.

XXXV. Hanc sententiam dicit Hieronymus ef-
 se sapientum Hebraeorum, qui asserunt nomen
 hoc Nazareni scribendum esse per נ quam pro-
 babilior esse ita probamus.

XXXVI. 1. Ab Etymologia. Derivatur à no-
 mine נָצְרִי quo significatur surculus & flos à
 trunco succiso atque intermortuo repullulans, &
 quasi asservato intus succo subolescens; & ita Na-
 zareth

zareth esset quasi civitas floris seu florum. Quod derivatur à זָרַח , quod Latine est, custodivit, servavit.

(a) c. 11, 1.
60, 21.
(b) c. 6, 21.
XXXVII. 2. A prædictionum per Prophetas impletionem. D. Matthæus enim c. 2, 23. ait, ideo nomen ab urbe accepisse, ut impleretur, quod prædictum est $\text{אֶלְגֵי תֵּיבֵי דְּעִירָא דְּנַזְרֵת}$, nempe per Esaiam (a) & per Zachariam (b).

XXXVIII. 3. A rei veritate. Christus enim ut verus זָרַח ex ea proditurus est civitate, qui totum genus humanum servavit, præservavit & conservavit à tyrannide & potestate Diaboli. Hic enim ille est, qui in cantico se custodem vinearum profitetur. Atq; hæcenus de actionibus in specie.

cap. 1, 6.
XXXIX. Iam exponenda veniunt, quæ Ἰστορία egerit, postremis duobus versiculis complectitur, v. 51, 52. in quibus veluti epitomen vitæ Christi usq; ad 30. ætatis annum, reliquis tacentibus.

(c) Luc. 1, 26.
(d) Matt. 2, 23.
XL. Ubi 1. Obedientia Christi describitur v. 51. Descendit in Nazareth & c. quæ patria Christi ratione & conceptionis (c) & educationis. (d) Habitavit enim Dominus in Nazareth inde ab infantia usq; ad statam & maturam ætatem.

Luc. 2, 4. 4.
16.
XLI. 2. Subjectio & humilitas, v. 51. $\text{Ἰστορία ὁμοιωθῆναι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ὡς ἡμῶν ἑαυτοῦ. Οὐρανὸν ἰδοὺ ἠνοήθη$. O rem admirandam! DEUS hominibus, creator creature, Dominus subditis suis servusq; suis fit subditus. Vox $\text{Ἰστορία ὁμοιωθῆναι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ὡς ἡμῶν ἑαυτοῦ}$ & annotante Chemnitio significat externas actiones alterius superioris dominio gubernari: hinc Syrus שָׂרַח ministrans eis reddidit.

Lib. 1. Harmon. c. 15.

XLII. Limitatè tamen hæc subjectio est intelligen-
da, quia oportet Christum esse in his, quæ Patri
sunt. v. 49. Origenes, Augustinus, Euthymius & 20. Epiph.
Hugo putant ea, quæ patris sui erant, templum hæresi 30.
appellari. Ad Christum de voluntate Patris lo- In serm. de
quitur, quia in exequendo officio, ob quod missus paren.
erat in mundum, consistunt, studq; anno 30. et a- Christi.
tis suæ plene aggressus & hic præcludit saltem 1ob. 4. 34.
edere voluit. Sunt autem hæc 1. Docere. 2. Pro po-
pulo intercedere. 3. Sacrificare. 4. Populo bene-
dicere.

XLIII. Fabrilis artis tractatio, ex eodem versu. Marc. 6.
Negant quidem Paulus Burgensis Episcopus, D. additione
Augustinus & Simon de Cassia, artem nullam c. 1. lib. 2. de
didicisse Christum. Verum contrarium probatur, Cons. Ev-
1. Ex hoc loco, 2. Ex aperto testimonio, Matthæi ang. 6. 24.
& Marci, ubi non tam fabri filius, sed & faber Lib. 4. c. 2.
ipse nominatur. 3. Ex asseveratione Sympatrio- Matth. 13.
farum, Marc. 6. qui τὸν υἱὸν τοῦ τέκτορος vocant. 4. Ex vetu- v. 55.
state. Iustinus in Typhone, Basilium, Cajetanus Marc. 6. 3.
Cardinalis in c. 6. Marc. & parte 3. initio quæst. In dialog.
40. Dionysius Carthusianus, Abulensis & Lyra in Tom. 2. de
c. 6. Marci. vita solit.

XLIV. Ideo autem Christus sese subiecit parenti-
bus suis, ut hac indebitâ obedientiâ pro liberorum In cap. 13.
inobedienciâ DEO Patri satisfaceret, & ut hor- Mat. In c.
taretur suo exemplo liberos, ut parentibus pare- 13. q. 86.
ant, eosq; pro virili juvent. Et suo opificio Christus
omnia opificia consecravit, ut hominem pium
talis generis vitæ (si ita res ferat) pudere non de-
beat.

45. Iohan-

In notis XLV. Iohannes Piscator quidem dicit, Christum germanicis juxta humanitatem debuisse obedientiam suis parentibus, partim ut filium Adæ, partim ut filium s. In Epist. Israelis. Verum est. Contra expressum Dei verbum, ad Pastores quod passim testatur per se neminem debuisse secundum utramq; naturam ceu Dominum legis prestare obedientiam. 2. Quia non Ἰησοῦς sed Ἰησοῦς ἐνθεῶπιον & subjectus est parentibus. 3. Quia ideo se subiecit legi, ut nos redimeret, qui sub lege eramus. 4. A contrario. Si debitor fuisset, alius suam obedientiam promereri aliquid non potuisset. 5. Pertinet huc regula Concilii Chalcedonensis. Ultraq; agit, quod sibi proprium. Et quod in Scholis vulgò dicitur: Nomina officij competunt Christo, &c. Videatur Clariss. Dn. D. Menzerus Præceptor meus eternum honorandus.

XLVI. Circa laborem Christi. 1. Romanenses varia & multa finxerunt miracula à Christo puero edita, ut quod è cera aves volantes, & virunculos incedentes formarit, prout in libro de infantia Christi fabulantur.

XLVII. Sed ἄρα τῆς ἑαφῆς, quæ si tacet & nobis quoq; tacendum erit, si quidem Spiritus sanctus talia facta aliàs diligenter descripsit. Nugas proinde istas nugatissimas suis autoribus relinquimus. 2. Evangelica historia clarè testatur, nullum, antequam officium publicum ingressus fecisse miraculum. Initium enim miraculorum in Cana Galilææ fuit. Ioh. 2, 11.

XLVIII. Neq; est, ut quis instet docendo, primum fuisse

fuisse signum in Cana Galilææ, non tamen inde sequi, quod alibi nullum fecerit. Nam textus Græcus expresse in os contradicit, ταύτην ἐποίησεν τὴν δεξιὰν τῶν σκευῶν ὁ Ἰησοῦς, v. 11. Urget hoc ipsum Chrysostomus. Quare maneamus in sententia Hieronymi ad Helvidium: Quod specimen futuri sui officii docendo ediderit, credimus, quia legimus: de miraculis ante annum 30. non legimus. Ergo nec asseveramus nec credimus.

XLIX. Thomas hanc rationem dat. Medio tempore scilicet à nativitate usq; ad Baptismum nullum miraculum operatus est, sed conformis conversationis alius erat, & sua virtus ignota omnibus existebat. Ideo autem fecit miracula medio tempore, ut non putaretur, mysterium incarnationis esse phantasma: si non se habuisset sicut alij ætate infantes: & ideo demonstrationem scientiæ & virtutis suæ ad id tempus distulit, in quo alij homines scientiâ & virtute vigere consueverunt.

L. II. Anabaptistæ exinde colligunt: Christus laboravit manibus: Ergo etiam ministris Ecclesiæ est laborandum. Christi enim exemplum imitari debemus.

LI. Verùm Anabaptistæ hoc quidem utuntur argumento sine tamen præcepto. Nam licet Christus in infantia patrem Iosephum adjuvit laborando, & ita laborem Gen. 3, 16. divinitus mandatū, sanctificavit, tamen postquam ministeriū docendi aggressus, deposuit


deposuit. Sic vocavit Apostolos hunc in finem, ut
relinquerent navem & retia. (a) 2. Labor ma-
nuarius impedit opera vocationis. Quod si ad voca-
tionem seu officium ministri pertineret, Christus
ipse & usus fuisset suosq; Apostolos simul iussisset la-
borare. Α εγω διονωσας ergo ab Adversarijs ad-
ducantur. (a) Matth. 4, 22. Luc. 5, 11.

C A P. III.

MEDITATIO PRACTICA.

Hæc ergo meditatio & pios & humiles nos face-
re debet. Pios, ut reverenter colamus Deum, &
queramus tum domi tum foris, exemplo Mariæ,
quæ cum dolore per triduum quæsit Christum,
& tandem in templo inventus. Ita ô anima pia, si-
mili modo inquire Christum & dic: Da mihi te
desiderare: desiderando querere: querendo in-
venire: inventiundo amare: amando mala mea
redimere: redempta non iterare. Et qui petenti lar-
giris: querenti inveniris: pulsando aperiris: non
dones mihi, quod omnibus promittis. Humiles,
exemplo Christi, qui formam servi sumsit obediens
factus Patri. Phil. 2, 7. Erubescere superbe cinis: DE-
us se humiliat, & tu te exaltas! Ora, ô fidelis a-
nima, (Bernh.) hunc in modum: Repelle à me o-
mnes superbia, fastus, cunctosq; inanis glorie ap-
petitus: & omnia simul, quæ tantam pestem tan-
tamq; malitiam in me generant. Fac ut sim par-
vulus in oculis tuis, ut plenam gratiam
in oculis majestatis tuæ
inveniam.

F I N I S.



Bald
C
E
S




Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



GIAS SACRÆ
Trigesima
De
TIONE ET
quinto ætatis anno
trigesimum.
am
Θεωρεωπω
RESIDIO
ARIS MEISNERI
I. D. & P. P.
io ad disputandum.
ponit
PHORUS KIR-
Augustanus,
em 17. Octob. boris
idianis
rio minori.
BERGÆ
ormann excudebat,
o. CXXIV.

